



~~217~~
EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

VI-i

SIGNAT. MDCCCXIII.

Die Hungarica hieraus
sind verzehlet.
März 1774.

Ang VI 1

Luctus & Affectus

Symbola,

IN OBITUM,

VIRI

MAGNIFICI, NOBILISSIMI ATQUE
CONSULTISSIMI,

DN. WILHELMI
LEISERI,

Hereditarii in *Wabenstein*/
Jcti & Antecessoris in inclyta Leu-
corea Celeberrimi, Curiaë Provincialis, Consi-
storii Ecclesiastici, Scabinatus & Facultatis Ju-
ridicæ Wittembergensis Assessoris
meritissimi,

Die III. Maji A. M DC LXXXIX

piè ac placidè vitâ defuncti,

ipso

Solennium Exeqviarum die

ASCENSIONI SERVATORIS SACRO

I X. Maji

collata

à

COLLEGIS atque AMICIS

mortem hanc acerbè lugentibus.

WITENBERGÆ,

Prælo excudebat MATTHÆUS HENCKELIUS, Acad. Typogr.

Lucus & Affectus

Symbol

IN OBITU

VIRI

MAGNIFICI, NOBILISSIMI ATQUE

CONSULTISSIMI

DN. WILHELMI

FEISERI

Hereditarij in

Juris & Antecessoris in iudiciali

cora Colobarij, Curie Provincialis, Conf-

thoni Ecclesiastici, Scabini & Facultatis Ju-

ridice Wirtembergensis Allectionis

mentissimi

Die III. Maji A. M. DC. LXXXIX

pie de placide vita defuncti

ipso

Solennium Exequiarum die

ASCENSIONI SERVATORIS SACRO

IX Maji

collata

COLLEGIS atque AMICIS

prolem hanc acerbe lugentibus

WITTEBERG

Prælo excudit Matthias Hancelius, Acad. Typogr.



Uria, Tempia, Scholæ, quem plangunt, car-
mina nostra
Cur non Te lachrymis, magne Themista
gemant?

Tot populi gemitus, tot flagrantissima vota
Flectere supremum non potuêre Deum?
Qui celebri luxit fama, ac pietate paravit,
Immortale decus, scandit ad alta poli!
Justitiæ prægrande decus, purusque sacerdos,
Solamen miseri desinit esse fori.
Nos inde immensum damnum sentimus & uno
Mœsti perdidimus gaudia multa die.
At non una dies famam nec secula mille
Delent. Nam nullo stat moritura die,
Et Mausoleum, quod non abolere vetustas
Ulla potest, scriptis condidit ipse sibi.
Cippus erit meritis: **ACADEMIA. CURIA. ROSTRA.**
VIX. HOC. MAIOREM. SVNT. PARITVRA.
VIRVM.

Viro solidissimo
dolens lugensq; pos.

JO. HENRICUS BERGER, D.

h. t. Acad. RECTOR.

O Durum fatum! LYSERI limina quassant,
Tecta cadunt, lapsus parietibusq; nocet.
Omnia totali lapsu concussa videntur,
Nam Caput eripitur, languida membra jacent.
Morte Caput periit! sic mortua membra dolere
Dicuntur, luctus maximus, atq; dolor!
O durum Fatum! simul hæc Academica lædens
Limina, dum Membrum Nobile morte cadit
Magnus in Israel cecidit! Deflete Sorores
Albiaca casum! Tristia multa refert.
JURISCONSULTUS cecidit! Sic jura silere
Coguntur, Sacrum judiciumq; tacet.
O durum Fatum! Mihi Proximus occidit, Eben!
Affinis propera morte peremptus obit.

A 2

Et

Et qui dignus adhuc per plurima vivere *lustra*
 Ex *Meritis magnis*, quæ dabat usque bonis.
 Instar *Fratri* erat Mihi *Coniunctissimus* usu
 Perpetuo, nunc, *Ab! certus Amicus* abit,
 Ast abit ad *Superum* sedes, ad *calica tempe*,
 Quæis *vigor* omnis adest, quæis *decor* omnis adest.
 Cum *Victore* suo *Victor* conscendit *Olympum*,
 Omne malum *fidei* robore *dicit ovans*.
 Continuos *Satanae*, *Mundi*, *Mortisq;* *Triumphos*
 Nunc agit, & dicit *Cantica* grata Deo.
Cantica grata *DEO* canit, & *Jobelea* *quietis*
 In *Pacis* Regno nunc celebrare potest.
 Sat sibi, sat *Mundo*, *Meritisq;* *suis* bene vixit,
 Ast *VIDUÆ*, *NATIS*, hoc *satis* esse nequit!
 Ipse *DEus Cæli* *VIDUÆ* sit ad usque *MARITUS*,
 Atque *PATER NATIS!* Hoc *mea vota* volunt.
Fata *DOMUS* *MAGNÆ* *tristissima* mitiget *Idem*,
Fata *Schola* *Nostræ* leniat usque *precor!*
Tristia *Fata* *Pater* mutet *Mibi*, donec *Amicis*
Jungar. Nil *terris* est super usque *boni!*

Nobilissimo & Consulatissimo DN. D. LYSERO, Jcto,
 Affini Coniunctissimo, Honoris & Amoris

ergo s.

JOHANNES Deutschmann / D.

Portio magna mei cordis, *LYSERE*, valeto!
 Corpore discedis, cætera viva manent.
 Admiranda tue vite pietasq; fidesq;
 Sunt immortales, perpetuoq; vigent.
 Præis, mox sequimur, mundi bona vana caduci
 Spernentes: Tecum vivere ibi cupimus.

Viro incomparabili, Collegæ inæstimabili, Amicòq;ve
 nunquam reconciliato, tristissimum VALE dicens,
 squalens & lugens exarabat

CASPAR Löscher / D.

Iustitiæ, pietatis apex *LEISERE*, Sacerdos,
 Tante per exemplum, quantus in arte Pater,
 Nec minor ingenio, nulli gravitate Secunde,
 Et decus, & magni nobile germen Avi,
 Immemor afflictis cur te subducere rebus
 Ante diem gaudes, & velut umbra fugis?
 Consilio meritisq;ve tuis Academia vixit:
 Jam sua nunc luget tristia fata Domus.
 Et nos lugemus, lugent collegia nostra,
 Ereptumq; dolent, vix habitura parem.

Supremo honori dab.

MICHAEL WALTHERUS, D.

Lu-

Lugendus SOCER est non unò nomine
charus,
Qvi Pylios annos vivere dignus erat.
Sed fuit in fatis terrenas linqvere sedes,
Ac colere ætherias, quæ sine fine manent.

In honorem Soceri venerandi lactu planè
dejectus scribebam

D. GODOFREDUS Strauß.

Deflete Musæ flebilibus modis
Funus LYSERI: Magnum etenint DECUS
Fuit beatus VIR Lycæi
Leucorei, quod ad Albis undam est.

Summâ docebat dexteritate jus:
Nulli secundus iustitiâ, & fide

Erat: Colebat mente sanctâ

Nocte, dieqve Deum benignum.

Hinc obtigit mors huic CAPITI pio

Beata, quâ nil expetiit prius:

Hinc jam triumphans in poli arce

Latitiâ fruitur perenni.

Non invidemus dulcia gaudia

VIRO beato; Sed gemitu tamen

Qvis abstineret? Qvis genas non

Uberibus lacrymis rigaret?

*Hic funus Patroni optimè de se meriti pro-
sequebatur*

G. Michael Heber, D.

Carina quæ fundam? LEISERUS mortuus, eheu!

Fit mutum Themidos Iustitiæqve Decus.

Qvi sacri docuit Juris Decreta verenda,

Hunc subito è terris abstulit atra dies.

Scilicet, ut dicunt, terras Astræa reliquit,

Ac petiit rursus regna superna poli.

LEISER ita in Cælum paribus se sustulit alis,

Atq, tenet manibus cœlica Jura DEI.

Euge! Beate, viget Te non felicior ullus,

In cælo, veluti stella corusca, micat.

Numen, continuo quod Te solamine mulcet,

Hic viduæ ac Natis dulce levamen erit!

MICHAEL SENNERTUS, D.

Vixisti Tibi! Vixisti! LEISERE, piisqve

Longa Tibi fuerat vita, brevisqve piis:

Vixisti semper summo, (Tibi rarò!) Jehovahæ:

Longa illi fuerat vita, brevisqve Tuis!

Mortuus es! Victurus eris! Nam vivit Olympo

Spiritus, & mundo fama superstes erit!

Johannes Strauch, D.

B

Per

Percelebris dudum Professor Juris & aequi,
Vitembergensis gloria magna Scholæ.
Sed tantum Morbona Virum mox sævaprehendit
Et vitæ rupit Parca cruenta colum!
Corpus terra tegit cœli mens sede quiescit,
Et solida ex scriptis fama perennis erit.

JOH. GOTHOFREDUS Berger / D.

VAh! quæ mors in nos miseros sua spicula tendit?
Occiduis siquidem nascitur omnis homo.
LEISERUM nostrum quoque nunc mutavit in umbras,
Pallida nullius mors superanda manu.
Auricomum petiit cœlum, concessit Athenas
Cœculeas, vivit lætus, ibique viret.
Hinc cessent lacrymæ! Nontantos flere triumphos
Convenit, ut quos jam noster abunde capit.

*Æterno honori mostissimus
scribebas*

Caspar Lyser, D.

Virtutes, **LEISERE**, tuas, nostrumve dolorem
Eloquar? in dubias mens mea raptavices.
Illas, ut par est, describere pagina nescit;
Atque hunc complecti littera nulla valet.
Ast utrumque, tamen memori servabitur Orbi;
Illas fama, sed hunc pectora nostra tenent.
Numen soletur, quos mors tua reddidit Orbos.
Conjugis officium suppleat atque Patris.

*Supremo honori Patroni desideratis-
simi p. I.*

CASPAR HEINRICUS HORN, D.

Antistes Juris tantus Legumque Sacerdos
Cur Themidis cœtu tollitur iste Sacro?
Tollitur ut justo Justorum jure Lyceo
Junctus nunc capiat Præmia digna VIRO!

*debitæ condol. testandæ ergo hæc
apposuit*

CHRISTIANUS ZAHN,

Circul. Elect. P.

Sermo epitaphius.

Nobilis (ah mœror!) LEISERI funere meriti
Corpus habet Mater terra fovetque sinu:

At

At Pater in cœlis placidè spiracula vitæ
Suscipit, inq̄ve Abrahæ recreat Ipse *sim.*
Idem Lugenti Viduæ Mœstisq̄, potenter
Absterget lacrymas, Fata benigna dabit!

deproperab. m. lq̄q̄;

ANDREAS SENNERTUS, P. P.

Academ. Sen. h. t. nonum Decanus
et. curr. LXXXIV.

W Er sanfft und seelig ist aus dieser Welt gefahren /
Und kommen zu den Ort der auserwählten Scharen /
Der lebt in höchster Freud / und tausendfacher Lust /
Von bitterm Kreuz und Leid ist Ihm gang nichts bewusst.
Nun das kan trösten Sie / Ihr hochbetrübtten Herzen /
Die Ihr den theuren Mann beklagt mit grossen
Schmerzen /
Denn weil ER selig hat gesegnet diese Welt /
So jauchzet seine Seel im frohen Himmels-Zelt.

Georg Heber / B.

Eheu! quàm duri est nimia inclementia Fati,
Quod sine delectu corpora cuncta rapit.

Illius est Tessis, Vir Consultissimus, urbi

Qui vivus meritis commoda multa tulit.

Leucoreæ plangunt Musæ, indulgentq̄ve dolori,

Mœstus ego luctus do monumenta mei:

Verùm iquid lacrymæ potuerunt acquirere nostræ?

In vitam functum non revocare licet.

Hoc erit in votis jacturam ut sublevet istam, &

Soletur mœstam summus Jova Domum.

Ita LYSERI, Viri Magni, de suisq̄, singulis meritis
obitum calidissimis deplor. lacrymis

Constantinus Ziegra / D. & P. P.

In Symbolon LEISERIANUM: MORIENDUM!

Semper eram moriturus homo, semperq̄ve vovebam:

Da placidum excessum, da, bone Christe, mihi!

Damnatus voti, nunc demum vivere verè

Disco, in me juris mors habet atra nihil.

Vivite Vos pariter sic, ò Charissima Conjunx,

Pignora chara! Deus vos regat atq̄; tegat!

Absolvi cursum, tenuiq̄; fidem; superest nunc

Justitiæ æternæ sancta corona mihi.

Longè meritisimi de Academia Antecessoris, Collegæ olim
& Affinis observandi obitum lug.

G. C. KIRCHMAJERUS,

B 2

An-

ANtiqvi generis Columen Themidosq;
Sacerdos
Occidit heu! Musæ plangite, plange The-
mis.

Sed cohibe luctum, vivit nec occidit, atq;
Hocce forum linquens, fulget in arce
Poli.

Ad levandum dolorem hoc
posuit

Michael Strauch /
Super. Math. P. P.

GRande decus patria, doctrina ingentis abyssus,
Justitia columen, religionis amor
Occidit, heu! Lugent Collegia, luget & omnis
Cum grege Doctorum nunc studiosa cohors:
LYSERUM q̄ suum cuperent sibi porro prodesse:
Sed petit superi regna beata chori.

f.

Christianus Nöbrensee / P. P.

Nil fufæ valuere preces & fervida vota
Nescivere citæ jura domare necis.
Astræ prægrande decus, Candoris imago,
Delicium Eusebies, Spes quoque nostra cadit!
Hæc fati vis est, oculis quam cernimus omnes,
Interius verò noscere nemo potest.
Numinis arbitriò standum! Qvi vulnera fecit,
Olim sanabit pectora læsa, Deus!

Christianus Donati, P. P.

Es läffet Ihm der Todt gar nicht Gesetze schreiben/
Hier hiffet kein rechten nicht / er siehet keinen an/
Der / welcher sonst das Recht kont auff das beste treiben/
Erfähret / daß Er nichts vom Tod' erhalten kan.
Der dessen Leiche wir sehn auff der Bare stehen/
Der offte durch seine Kunst durch schwere Fragen brach/
Muß seine Sache selbst nunmehr verlohren sehen /
Nachdem der strenge Todt das letzte Urthel sprach.
Doch kont Ihn niemand gleich / von diesen Spruch frey ma-
chen /
So schauet Er drum doch den letzten Richtstuhl nicht /
Weil Christus selber hier / wird führen seine Sachen/
Und ihn von aller Furcht frey loß und ledig spricht.

Nun

Nun lobt Er / wo das Recht und lauter rechte Sachen
 Wo nicht wird unrecht recht / wie in der Welt geschicht /
 Wo ungerechtes Recht und falsche Klagen machen
 Daß eine gute Sach wird öftters ganz zu nicht.

*Aus schuldigen Mitleiden setze
 dieses hinzu*

Christian Hartmann Lederer / D.

Justitiæ mortisque rigor scit parcere nulli,
 Qvod, LEISERE, probant vita obitusque Tuus,
 Omnibus unus eras vivus: non gratia flexit
 TE, unus Justitiæ sed tenor usq; fuit.
Ast ceu justitiæ rigor à Virtute dependet;
 Sicq; rigor mortis fit dirigente Deo.
Ac utrimq; quidem raræ Themidos Decusingens;
 LEISERUS, laudis nomina commeruit.
 Scivit enim dudum quid vincat mortis acerbum
 Huncce rigorem; hinc morsea somnus erit.

*Observantia & doloris testandi caus.
 scr.*

JOHANNES CAROLUS NÆVIUS, D.

GLoria nulla perit Justi, sed ut ardua Cedrus
 Fœcundis nunquam frondibus orba manet;
 Sic & LEISERI frondescent semper honores
 Nec sua sub terras ibit imago leves.
 Gloria sola manet, tantum inclyta fama perennat,
 In terris clarus, clarior isque polo.

*summi ac justi doloris causa
 apposuit*

MICHAEL BALTHASAR HILDEBRANDT, D.

Plangite sacrati Themidis melioris Alumni,
 Plangite, funestos edite voce sonos.
 LEISERUS tristi succumbit funere, mente
 Justa quis Astræa non lacrymante dolet?
 LEISERUS moritur, dudum venerata Patronum
 Pectore quem toto mensq; manusq; mea est.
 Hic manet extincti nil præter funeris umbra,
 Fama perennanti sidere fixa manet.
 Jus, Pietas, Animi Candor, Cultusq; Decor,
 Fallimur, aut parvo contumulantur humo.

Ultimis honoribus

*Jcti Confammatissimi, & de universa Republ. litera-
 ria dudum quam optimè meriti pauca hæc
 inscribere voluit.*

JOHANNES Ehrenfried Mayer / D.

Non facile ascendit volucris, nec in aëra pergit
 Donec adhuc ullo pondere pressa pedes.
 Sed neque perfectè datur hinc super astra recessus
 Quando animus Carnis pondere deprimitur.

C

Hoc

Hoc ubi LYSERUS posuit, commercia terræ
Nescit, & exurgens regna superna petit.

^{f.}
Jo. Zacharias Krause / D.

LYSERUM Luget defunctum quilibet Ordo,
Cui sua nota fides dexteritasq; fuit:
Sed bene decedit, subito dum solvitur actu,
Nulla suis gustans mortis amara labris.
Transit ex terrâ placidè, cœlestia carpens
Gaudia, quæ nullo sunt temeranda malo!

lugens adponebat

GOTTFRIED LEONHART Brodtkorb / D.

In Hand and Feder mir sonst niemahls nicht verstarret /
So ist gewis vortzt zum Erstemahl geschehn /
Als man / O Jammer-Wort! in seine Grufft verscharret /
Den grossen LEYSER / der nun nicht mehr wird gesehn.
Der Himmel weis / wie sehr mich dessen Fall verleset;
Doch bin ichs nicht allein / der solchen Schmerz empfindt /
Was Geist- und weltlich heis / wird in Verlust gesetzt /
Ich schweige / die da selbst im Trauer Hause sindt /
Die stellen Ihnen für / das ihnen der entnommen /
Der MANN und WITBE heis und sich auch so erwies /
Der keine Wittbe lieh noch Waise vor sich kommen /
Die Er mit Hülff und Trost nicht wieder von sich lieh.
Wie aber nun zu thun? Mann mus sich drein ergeben
Was unsers GOTTES Handt vor Leyden zugeschickt /
Die hat dem theuren Mann bisher gefris sein Leben
Und Ihn auch unverbhofft aus dieser Welt gerückt.
Ich kann hierbey mehr nichts als Ers zur Grabschrift tragen /
Darumb wohl ihrer viel bereits bemühet seyn /
Ich wil nur wenig Wort / doch mehr als andre sagen:
Herr Wilhelm Leyser ruht hier unter diesem Stein!

Gottfried Enevus / D.

Consistor. Eccles. & Academ. Witteberg.
Protototarius.

In tumultum beatè DEFUNCTI.

Quisquis viator transiens bustum hoc vides,
Subsiste paullum, dum, quis hic cubet, scias.
LEYSERUS magnus, nobile Themidos lumen
Hac urnâ, proh dolor! reconditus jacet,
Insignis æqui assertor, & recti tenax,
Edoctus ille perdomare jurgia,
Legesqve multis involutas casibus
Et impeditas expedire gnaviter.
Nulli molestus vixit, æqvus omnibus,
Nec non honesti cultor, & totus bonus!
Bis sena cum anno lustra fecit.
Hinc tu potes totum videre, qvalis, ut vixit, fuerit.
Valet nunc viator, &, quo vis, abi.

JGH. CASPAR Brendel / D.

CI-

CIPPVS
PIIS OSSIBVS LEISERIANIS
POSITVS

Quisquis virtutem colis
Viator

Flecte huc tacitâ veneratione gradum
Sancta hæc loca sunt,
Siquidem sine deliquio flectere poteris,
iacente tanto Viro
Imò non iacente sed stante
In vita verè stabili.
Sane
ipsi bene cautum est,
stat iam

WILHELMUS LEISERUS

Publicae salutis custos
Redditæque terris Astracæ Sacerdos ac Stator.

Vita cessat;
Fama durat
e sepulchro insepulta surgens
bono publico denatum
vbique publicat,
applaudente gloriâ
honoris primogenita
tanti Viri memoriam
semper duraturam
ad
aeternitatis aras dedicatam
reddit immortalem.

O Te felicem ter & amplius!

MAGNE LEISERE.

quem non mendax adulatio Clientum
sed suâ virtus consecrat.

Doleant jam oculi, doleant aures
quibus aspectus tuus ac vox erepta est

Viuis inanimis posterorum,

Viuis in haeredibus,

Viuis in Genero

illustri virtutum aemulo ac haerede.

Ergo

stabis etiam

cum omnia cadent ruitura.

Interim

casum declinate rerum vtcunqve stantium

Vos qui statis superstites,

ac

pro Schola & Patria tota

stare

dum tanto Viro orbus steterit orbis.

Sic iusta iusto perfolvit

GEORGIUS TOBIAS ALBERTI, D.

Incertâ certè miseri spe vivimus omnes.
 Vitaq; dimanat, more fluentis aquæ:
 Nemo valet sibi venturam promittere lucem,
 Imperat in nostros mors inopina dies.
 Jam prodit gemebunda Themis, jam pectora tundit
 Anxia, dum LYSER, fertur obisse diem!
 Tam doctum caput & tanta virtutis alumnus
 Terra sepulchralis pulverulenta teget?
 Noverat exactè spatiosa volumina juris
 Doctor LYSERUS, quem Themis extulerat,
 Hic, Auditores quæ dexteritate docebat,
 Assiduis studiis enucleabat ea.
 Flete quibus totis est impallescere chartis
 Noctibus, & primo sedula cura die.
 LYSERUM Dico, quem pridem Fama celebrat,
 Lugeo! Lugentes erigat ipse DEUS!

Quod οὐρανὸς ἔργ. deproper:

F. CLING, D.

Eht da der Sieges-Fürst fährt auff in schönen Him-
 mel /
 Und läßt sich hoblen ein mit prächtigen Getümmel /
 Und herrlichen Triumph / viel tausend Engel steh'n
 Hin zu der güldnen Burg begleitend mit zu geh'n:
 Da fährt ganz leise mit der Welt-geprießne Reiser
 Führt in der seel'gen Hand die sieges-Palmen-Reiser /
 Der Geist steigt Himmel-wärts / folg't Jesu nach mit
 macht /
 Und giebt der Eitelkeit vollkommen gute Nacht.
 Nun ist ER angelangt bey denen Himmels-Frommen /
 Die Freunde heißen Ihn zu tausendmahl willkommen /
 Das Auge sieht erstarrt der Freuden Herrlichkeit /
 O überglückte Reiß O süsse Liebligkeit!
 Ihr rückgelass'nen thut Euch hiermit tröstend legen.
 Was wolt mit Thränen Ihr die Grabes-Höle nezen?
 Stellt ein das trauer-Ach / verlacht des todes Art /
 Weil Ihm der Himmel wil / glück zu der Himmel-Sarth!

C. Warlik / D.

Ein Todt / Höchst Seeliger / der mehr als eine Fluth
 Der heißen Thränen aus den matten Augen zwinget /
 Und scharffen Schwerdtern gleich durch Marck und Adern dringet /
 Schleußt vieler Sterben ein und ängstet unsern Muth.
 Der schönste Pfeiler bricht / die stärkste Säule fällt /
 Auff dem der hohe Thron der Themis konte stehen:
 Wer wolte darumb nicht betrübt im Leyde gehen /
 Wenn Grund und Boden wankt der solchen Bau erhält.

GEORGIVS TOBIAS ALBERTI D. Mein

Mein Beyleyd soll hierbey kurtz abgestattet seyn/
Ich schwere weil mein Geist wird in dem Adern wallen /
Soll dieses Jammer-Lied in Herz und Seele schallen:

Der Themas Wohnhaus fällt durch diesen Pfeiler ein.

Aus schuldigen Mittenden seyre
di. ses

Paulus Gottfried Sperling / D.

Certum est; ante diem nemo defungitur ævo,
Sunt decreta Dei, nec nostrum quærare causas
Nec vitare datur; Fixa est tibi meta dierum
Quam non transilies, quamvis rerum omnia tentes.
Nolentem rapiunt, sed ducunt fata sequentem.
Quis tamen ista videns affectus exuat omnes,
Aut oculis lacrymam, aut tacito suspiria cordi,
Aut aliquem voci possit defendere questum
Præprimis quando Collegia maxima luctum
Præterdunt panno lugubri, mœsticiamque
Verè cordivoram trepidante in pectore versant
Nobilis & Vidua & Nati Natavæ relictæ?
Ite ergò Lacrymæ meritoque rigate Sepulchrum
LYSERI MAGNI, melior vix ulla medela est!

lug. scrib.

CHRISTIANUS Vater / D.

Juris-Consulti censendus nomine dignus

LYSERUS, cunctis ille probatus erat.

Vixit honestati, haud lesit, tribuit sua cuiq;

Cælo animam, Musis dogmata, corpus humo.

ANDREAS BARTHIUS, L.

Heu! quantum Patriæ, quæ jam tum saucia, vulnus
Imprimitur fato, Magne LYSERE, Tuo.
Tantum Justitiæ Mystram sic perdimus omnes,
Quantum vix hodie reddere secla valent.
Fallor? an iratò venit hoc abs Numine; mundum
Tam justo dignum non reputante Viro.
Cælum justitiæ sedes; non mundus, qui hospes iniqui
Complacet hinc illud, displicet iste TIBI.
O TE felicem, nunc nil nisi justa videntem
Et cui justitiæ præmia justa data!
His igitur fruire, ô Legum justissime Doctor,
Cui nemo justè solvere justa potest!

tristi venia fund.

Michael Godofredus Ziegra /

Medic. Lic.

D

Im

Im Nahmen Jesu Christi!

D Trauerhaffter Fall! der Viele hat betrübet
Die diesen Seel'gen Mann / gekant und sehr ge-
liebet /

Nicht nur die in sein Haus von seinem Stamme
seyn /

Besondern auffer dem auch waren Ihm gemein.
Denn Ihm der höchste Gott verliehen solche Gaben
Womit Er reich und arm / wenn noth war / kunte laben /
Weil Ihm das Recht bekand / auch solches wol ge-
übt /

Und wuste daß dasselb' daß seine jedem giebt.
So ist auch jederman bekant sein Christlich Leben /
Daß Er der Gottesfurcht und Erbarkeit ergeben /
Und wenn gepredigt ward die Zeit nahm wohl in acht /
Und zu den Kirchen gehn und beten früe gewacht.

Drumb hat der höchste Gott Ihn herzlich auch erquicket /
Daß Er sein Vater-Herz mit Liebe stets erblicket /
Und auff den francken Bett die Schmerzen nicht ge-
merckt /

Die sonst ein Krancker fühlt / weil Ihn Gott hat ge-
stärckt.

Wer wolte den nun nicht den Seel'gen seelig preisen /
Und alle Lieb und Dienst den Seimigen erweisen
Die Hinterblieben sind / und wünschen alles gut
Was Sie bedürfftig sind an Seele Leib und Muth.

Dem Seeligen zu Ehren und den Hinterlassenen
zum Trost schrieb dieses

M. Joh. Fabricius /
Archi-Diaconus.

Wie gebets immerzu? daß ich schon wied'r erfahre
Wie mir genommen sey / in halb verfloßnen Jahre
Ein ander werther Freund durch Todes Grau-
samkeit
In Liebe zugethan / von nun und jederzeit.

Es

Es ist des höchsten Will/der uns den besten Freund
 Aus dieser Welt versetzt wo Himmels Sonne scheint.
 Ein Beyspiel giebet jez des theuren **LYSERS** Todt
 Der nun entzogen ist aus aller Angst und Noth.
 Ich wütsche denen Ruh/sambt Ihm in höchster Freud
 So vorgegangen seyn aus aller Pein und Leid.
 Gott gebe Trost und Lust/die sind betrübt von Herzen
 Und durch den Todtsfall beleet sind mit Schmerzen
 Der Höchste wolle Sie bey ihren grossen klagen
 Durch seines Geistes Krafft/das Trauren helfen tragen
 Und sonst vor solcher Noth bewahren allezeit
 Bis das Sie kommen hin in alle Ewigkeit.

Dieses schrieb aus schuldigen Mitleyden dem Seeligen
 Herrn D. Lysern zu ehren bey den Seinigen
 kräftigen Trost zu vermehren

M. Jeremias Deutschmann.

Leichwie ein schöner Baum mit Laub und Frucht gezieret /
 So bald er nieder fällt durch starcke Windes macht/
 Ganz alle Zierd und Schmuck/ auch Saft und Krafft verli-
 ret /
 Das Edreich rings umbher erschüttert wird und kracht:
 So hört man jez auch ein jämmerliches klagen
 Im Lysersischen Hauß/ die weil so gar geschwind
 Ihr werther Stamm und Baum ist plötzlich umbgeschlagen
 Durch einer Kranckheit = Sturm und rauhen Todes-Wind.
 Gott lasse diesen Fall Ihnen zum besten dienen /
 Er sey der Wittwen Trost und nehm' sich Ihrer an /
 Die Kinder wolle Er als Zweige lassen grünen
 Ihr lieber Vater seyn und sorgen als ein Mann.

Dem Hochbeträbten Lysersischen Hause
 zu Trost schriebs

M. Johannes Hartung /
 Prediger.

Gens quando Papæ cœca, cuculliger
 Et Ordo Crucis festa sacerrima
 Inventionis * concelebrat,
 Ritibus impietate claris:

Inventa crux est ædibus in tuis
 Proh! magna, seculo lumina dum pia
 condigna claudis, Sancte Vindex
 Et Decus Eunomies, **LYSERE.**

* d. III. Martii.

D 2

Lu-

Luget superstes millibus obruta
Conjunct malorum. Mens aliàs licet,
Jöbi ad instar, sit *moveri*
Nescia. Nam caret exitu hæc crux.

Præchara spectat *Pignora* quod *thori*
Felicis, indulgent nimio, casum
Ob hunc, *dolori: fletu* ocellos
Sidereos tenero *rigantes*.

Et quæ *dolorem*, *Degener* haut *Gener*
Tanti Viri, Sanctè mea quem colit
Thalia, dignè penna scribat
Excipietque Tuum profusum?

Profectò: Vobis de merito sciant
Mærore nunc *præcordia*. Corruit
(Eheu dolendum sæpe!) firma
Namque *Columna* domus *LYSERI*.

Sed esto fortis, *Mæsta Domus*, Deum
Propter benignum! Namque ubi *Crux*, ibi
Et *Christus* est: promptò suosque
Adjuyat auxilio perennè.

Supremus abstergat *lacrimas* Tibi
Fufas. *Beati* sancta memoria
In pace sit! Nam *laude* dignum
Fama *vetat morier* *LYSERUM*.

*Observantia & doloris intestini causa
scribebat*

M. G. SCHIMMER,

Annæberg. Eccles. Wittenb. Diac. IV.

HI sunt justitiæ mores, hæc indole gaudet
Ista, bonis ut sit grata, molesta malis.
Quam paribus quondam moratus moribus iste,
Cujus nunc fletur mors peracerba, fuit!
Sed fuit heu! quondam: Vitæ contraria mors est:
Hæc malis etenim grata, molesta bonis.
Ast caveat nimium maiò hæc in morte triumphet
Post mortem vivens hic GUILIELMUS erit.
Nec nimium, quicumque bonus, tristabere morte,
Hæc; namque æternis utitur iste bonis.

M GEORGIUS DAVID Ziegra /
Ord. Phil. Adjunctus.

LYSE-

LYSERI deflent æterni funera Manes,
Tamque brevis tantum vix capit urna caput,
Sanctarum quicquid sinuosa volumina Legum,
Quicquid & amplexu condidit alma Themis:
Id conjurato LYSERUM foedere vinxit,
Ac petiere suum jura vel ipsa ducem.
Debita purpureus vix solvit tanta Senatus,
Orbis cui Themidos totus in ære manet.

Sanctis Manibus JCTI Incomparabilis L. M. Q. dabit

M. Jo. Georg. Neumann /
Fac. Phil. Adj.

Summa LYSERORUM jam pridem fama per orbem
Fertur & utrovis cingitur axe decus.
Scilicet ingenii vis enthea & ardua Virtus
Eusebia ac Themidi contulit omne decus.
Sed nunc Leucoridi tanta Virtutis & Artis
Uno in GVILIELMO concidit omne decus!

Summi JCTi, & si quisquam, piissimi B. Manibus prolixè parentaturus, exiguo hóc augustius æternumque decus S. voluit

M. FRIDERICUS CALENUS,
Hala-Sax.

LEISERUS moritur; vixit quo hospite justum:
Decedit juris regula viva sui.
Exequias imus candori: conditur æqvum:
Et tumulo pietas ingemit ipsa suo.
Displicet Astræe facies vanissima mundi:
Astra tenet, facies sufficit una Dei.
Publica jura dedit; sua reddit publica busta:
Emeritum plangit Patria tota Virum.

Æterna memoria

Viri immortalis, Patroni certissimi dabit

M. GERHARDUS MEJER,
Fac. Ph. l. Adj.

Divini quondam genuina Propago Parentis,
Astræe soboles, Gloria, Lumen, Honos.
Gratia cui Lingvæ Calamumq; effinxerat, alma
Cui Mentem Pietas & Sacra Jura dabant.
LEISERUS, vires fatorum ut vinceret omnes
Promeritus, fato præveniente cadit.
Lugete extinctum Cives, cognoscite funus,
Fulcro orbata suo Mœnia, tecta ruunt!

Memoriæ Summi VIRI, L. M. Q.
adpon.

M. Nathanael Sald /
Ord. Phil. Adj.

E

Ab-

Abscondunt nostras trepidantia nubila sedes,
Maxima dum Generis spesqve Decusqve cadit.
Scilicet aeterno radiet sub LUMINE, cujus
Nobilis in terra Mens sine fece nitet.

*Doloris contestandi ergo
deproperabat*

M. POLYCARPUS LYSERUS.

MÆCENAS noster, cui non pietate secundus,
Ullus erat, summum clausit in orbe diem
Evnomie plangit! luget pia turba Clientum,
Lamentumq; domus angulus omnis habet.
Quam doleo Casum! Mœstas soletur JESUS,
Rebus & afflictis consulet, ipse precor.

*Venerandi olim nunc Beatissimi Domini Hospitis,
Patroni atq; Evergetæ Incomparabilis Memoriae
hoc ipsum sacrum esse volebat*

Michael Friedericus Müllerus,
S.S. Theolog. Stud.

Herr Vater / wo soll ich denselben nunmehr finden /
Da Er durch todes Hand nun gänzlich von mir weicht:
Die Traurigkeit will mir das Herze ganz umwinden:
Dieweil der helle Tag der finstern Nacht sich gleicht.
Ich bin gleich einem Zweig von seinem Baum gerissen /
Von dem ich vormahls Safft und Krafft genossen hab:
Es geht mir auch sehr nah / weil ich nun werde müssen
Izt Vaterlos / hiernechst entbehren einen Stab /
Darau ich mich bisher gehalten und gelehnet:
Nun aber ist Er hin / und gehe ich allein;
Doch aber weil ich weiß / das **GOTTES** **WORT** er-
wehnet:
Wo Niemand Vater ist da will GOTT Vater
seyn.

*So tröstete sich über den frühzeitigen Todt / seines
Wohlsel. Herren Vaters jüngster
Sohn*

Augustinus Lenser.



Ung.

VI 1

= [Occasionalia Vol. 2.
= Fumeralia K-R.]

X.285598A

W 11
M 18



Luctus & Affectus

Symbola,

IN OBITUM,

VIRI

MAGNIFICI, NOBILISSIMI ATQVE
CONSULTISSIMI,

DN. WILHELMI LEISERI,

Hereditarii in *Rabenstein*/
Jcti & Antecessoris in inclyta Leu-
corea Celeberrimi, Curia Provincialis, Consi-
storii Ecclesiastici, Scabinatus & Facultatis Ju-
ridicae Wittembergensis Assessoris
meritissimi,

Die III. Maji A. M DC LXXXIX

pie ac placide vitâ defuncti,

ipso

Solennium Exeqviarum die

ASCENSIONI SERVATORIS SACRO

I X. Maji

collata

à

COLLEGIS atqve AMICIS

